CASII, ET PRO-CVLI, ALIORVM-QVE VETERVM IVRIS authorum apertæ rixæ, & implacabiles concertationes,

à D. PETRO de VELASCO ET MEDINILLA, in Salmantino Lycæo vtriuſque iuris profeſſore, inſignis Collegij Maioris Archiepiſcopi alumno, necnon iuris Pontificij Decretalium Cathedræ moderatore, in lucem editæ, Comiti de Oliuares vigilantiſsimo, & obſeruantiſsimo Principi dicatæ, conſecratæque.

Salmanticæ, Excudebat Didacus à Cuſsio. Anno 1625.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

OPVS iſtud (cuius inſcriptio de varijs ve
terum altercationibus, quarum adhuc in
Pandectis veſtigia extant breuis diſputa
tio: cuius author Licenciatus D. Petrus de Velaſco
& Medinilla Alumnus Collegij Maioris Archie-
piſcopi, Salmanticenſis Academiæ, in eaq; Decreta-
liũ Cathedræ moderator) pro munere mihi ab Æc-
cleſiaſtico præſule iniuncto attente legi, licet pro tã
to authore obſeruantiſſime. Nihil in eo latet, quod
ſacro iuri aduerſetur, ciuili fauet plurimum, dũ diſ-
crimina iuris iure conciliat, & acurata criſi condi-
toribus legum, legibus ipſis ius dicit, nexuſq; illarum
ſic ſoluit, vt iam omnia prudentum reſponſa æquo
læuore inoffenſa deſluant, vtiliſſimum ergo, imo ne
ceſſarium cenſeo pateat cunctis ciuilis diſciplinæ pro
feſſoribus, ſedauit ſcholas, & ornabit curiam.

Doctor Ioannes Baptiſta
Velez.

PRAENOTATIO QVAEDAM IN OPVS.

HAEC NOSTRA DISputatio ad eam quæſtionem non pertinet. An aliqua antinomia, & legum conflictus in iure reperiatur, &ſi in hac ambiguitate opinionum ſit varietas, & ingẽs controuerſia: nõnulli enim affirmant iuris diſſonantiam non eſſe, nequè contrarietatem, vt poſt Accurſium, & antiquio-